



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Facilio explicatio incomprehensibilitatis. cap. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

*Ab sine fun-
damento di-
stinguuntur.*

*Comprehen-
sio duplex.*

Ephes. 3.

August.

12

13

*Nominalium
Anisio fri-
uola.*

acceptiones huius nominis *Comprehensio*, sine fun-
damento excogitata: cumque, ut superius notavi,
significatio huius nominis, & verbi *Comprehendo*, à
corporalibus ad spiritualia translata sit; in ea tan-
tum significatione usurpari debet, quæ probatis la-
tinæ linguæ auctoribus, tam circa corporalia,
quam spiritualia recepta est. Quare seruata pro-
portione significatio translata, & metaphorica
in spiritualibus ita varie accipienda est, sicut in cor-
poralibus; in his vero bifariam dicitur aliquis rem
comprehendere, vno modo, ut idem sit, quod ap-
prehendere, aut consequi rem aliquam: sic autem,
quamuis ex parte rem teneamus, dicimur com-
prehendere, etiam si tota eius quantitas non sit in-
tra latitudinem continentis: ut cum manu tene-
mus aliquid, ex vna parte. Huic vero comprehen-
sioni corporali spiritualis, quæ per translationem
respondet, est quævis cognitio sic Paul. *Ut possitis
comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit latitudo, &c.*
Et in hoc sensu non loquuntur Patres citati disp.
præcedenti cap. 3. & 4. cum dicunt, Deum à via-
toribus non comprehendere, & cum insinuant, à vi-
dentibus ipsum comprehendere, præsertim August.
sermone illo 38. de verbis Domini: ibi enim ipse distin-
guat comprehensionem à quouis alio genere co-
gnitionis, imò & visionis: & eam dicit hominibus
reseruata in præmium, ut ex verbis ipsius cap.
illo 3. deduximus.

Altero modo dicitur quis aliquam rem corpo-
ream comprehendere, quando eam non tantum
tenet aliqua parte, sed etiam totam eius quantita-
tem intra se complectitur, & claudit: veluti cum
sphæram aliquam manu ita continemus, ut tota
intra manum sit. Eodem modo in spiritualibus
comprehensio dicitur ea cognitio, quæ ita rem vi-
demus, ut nihil nos lateat sed eam videamus, sicuti
est. Quo sensu accepit August. comprehensionem,
quatenus ad intellectum refertur, locis citatis præ-
ced. disp. cap. 1. & 3. ubi eam distinguit à visione, &
cognitione in vniuersum, ergo frustra præter hos
duos modos comprehensionis, tam in corporali-
bus, quam in spiritualibus Nominales alios sine
fundamento comminiscuntur. Quare cum con-
cedant, Deum à beatis comprehendere si compre-
hendere rem sit, ita eam videre, ut nihil illius sicuti
est, videntem lateat, simpliciter, & absolute id con-
cedere debent: hic enim est magis proprius modus
comprehensionis. Id tamen non video aduer-
sari doctrinæ Patrum, imò aliquos ex ipsis ita do-
cuille: sic enim August. serm. illo 38. de verbis Domini, &
Nazian. oratione 34. ut cap. 3. & 4. præced. disp. nota-
uimus, est tamen contra communem Scholastico-
rum sensum.

Verum ostendamus sigillatim, aliquas ac-
ceptiones comprehensionis, quas nominales affi-
gnant, frivolas esse. In primis secunda acceptio
frustra requirit discretionem partium, ut compre-
hensio dicatur: nam comprehensio, etiam in cor-
poralibus non dicitur ex eo, quod partes discernantur,
sed ex eo, quod omnes claudantur, &
contineantur: ergo multo minus in spiritualibus
id erit necessarium. Tertia etiam acceptio sine
fundamento ponitur, non enim requiritur, ut
aliquis corpus comprehendat, ipsum complecti
meliori modo, quo potest: satis est, si totum in-
tra se claudat: ergo ut rem intellectu etiam com-
prehendere dicamur, non est necesse meliori mo-
do, quo possumus, ipsam cognoscere: sed satis est

si adæquate, id est, quicquid illius est, intelligamus
& videamus. De quinto modo satis à nobis super-
iori cap. dictum est. De quarto vero quem ego pu-
to veriolem, & ad primum optime reduci, sequen-
ti cap. dicendum erit.

CAPVT IV.

Facilior explicatio incomprehensibilitatis.

MEa quidem sententia faciliori modo incom-
prehensibilitas Dei explicari potest, etiam si
supponamus definitionem comprehensionis tra-
ditam ex August. & alijs Patribus primo cap. præ-
cedentis disputationis: ea vero est, comprehendere
est, rem ita videre, sicuti est, ut nihil illius viden-
tem lateat: nam quicquid præter hoc dicemus, esse
de ratione comprehensionis, non carebit difficul-
tate aliqua, si vim ipsius nominis attendamus: id
quod ex eo, ex quo metaphora sumpta est, perspi-
cuae apparet, ut prædictum est. Cæterum duobus
modis contingit, cognoscere de re aliqua quic-
quid illius est, & ad ipsam pertinere: vno modo, co-
gnoscendo id tantum, quod est in ipsa formaliter,
& ad illius essentiam, vel etiam proprietates, in-
trinsece pertinet; & hoc modo videntur meo iudicio
accepisse August. serm. illo 38. de verbis Domini, &
Nazian. oratione illa 34. cum docent, Dei compre-
hensionem reservari nobis in præmium in alia vi-
ta. Constat n. eos loqui, non de cognitione qua-
cumque, sed de ea, quæ videtur quicquid est in
obiecto: eam enim Augustinus aperte distinguit à
cognitione in vniuersum, cum ait, aliud esse videre
rem aliquam, aliud vero videndo ipsam rem com-
prehendere. Nazian. autem loquitur de compre-
hensione, quam nullus mortalium in hac vita con-
sequi potest: nomine igitur comprehensionis ali-
quid amplius, quam cognitionem communiter
intelligit.

Altero autem modo dicitur, res aliqua com-
prehendi, quando non tantum cognoscimus quic-
quid est in illa formaliter, sed etiam quicquid eam
consequi, vel ab ea pendere potest, id enim omne
ad ipsam aliquo modo pertinet; & hoc pacto exi-
stimo, non posse Deum à nobis comprehendere;
quare sic etiam communis sententia Scholastico-
rum recte explicari potest. Nam quamuis beatus
videat in Deo quicquid in eo est formaliter, non
tamen videt omnia, quæ ipsum consequi, & ab eo
pendere possunt; nec enim possibilia omnia, ne-
que futura, quæ ex consilio Dei pendunt, cogno-
scit Beatus. Quocirca recte dicitur, ipsum Deum à
Beato non comprehendere; quæ etiam ratione & ho-
minem aliquem, cuius consilium, & voluntatem
ignoramus, dicimus nos nondum comprehendere,
& principium similiter aliquid quousque ipsum
ita penetremus, ut ex eo videamus omnes conclu-
siones, quæ deduci possunt; ergo cum Beatus vi-
dens Deum non videat omnia possibilia, quæ Deus
potest, nec futura, quæ facturus est; non dicitur
ipsum comprehendere.

Hunc modum incomprehensibilitatis indicat
S. Thomas in art. 3. huius quæst. tametsi art. 7. alium
tradiderit, de quo in cap. 2. huius disputat. dictum
est; eundem sequitur Alexan. 1. part. q. 7. Membro. 1. &
Nominales præcedenti capite citati in quarto mo-
do comprehensionis, hanc videntur numerare,
cum asserunt, Deum ideo non comprehendere,
quia non potest secundum omnia prædicata, quæ
ipsi conveniunt, à Beatis videri; intelligunt procul
dubio

14

*Dupliciter
cognoscitur
quicquid est
in re aliqua.*

*Augustin.
Nazian.*

15

*Deus quo po-
tius incom-
prehensibilis.*

*S. Thom.
16
Alex.*

dubio non de prædicatis intrinsicis ipsius Dei, sic enim nihil est in ipso, quod non videatur, vt ex superioribus manifeste constat, sed de prædicatis, quæ conueniunt Deo per ordinem ad extrinsecam, quæ sunt effectus ipsius, nempe ad creaturas, vt quod possit hoc, & illud facere, quod hoc, & illud facturus sit.

Primo obijci-
tur. Sed obijcietur aliquis primum, vt aliquod corpus dicatur, comprehendi, satis est si tota eius quantitas intrinseca intra aliud corpus claudatur; ergo vt dicatur, spiritualiter aliqua res intellectu comprehendi, satis est, si tota sicuti est, in se videatur etiam prædicata extrinseca illius non cognoscantur. Respondeo diuersam esse rationem: nam quæ sunt extra aliquam quantitatem corpoream, non dicuntur ad eam corporaliter pertinere, quare vt ipsa corporaliter comprehendatur, satis est, si totum, quod est in illa intrinsece, claudatur, & contineatur: at vero ad rem intelligibilem, quatenus ad intellectum refertur non solum dicuntur pertinere, quæ illi intrinseca sunt; sed etiam, quæ ex illa fieri, aut deduci possunt, tanquam aliquid illius, sic n. intelligimus quid ipsa possit: quocirca, vt ipsa etiam intellectuali cognitione comprehendatur, necesse est, non solum totum, quod in ipsa intrinsece est, cognosci, & videri; sed etiam, quæ ex ipsa oriri, & deduci possunt.

Respondetur. Arguet deinde aliquis hoc modo, fieri potest, vt omnia possibilis Deus etiam reuelet Beatis, & omnia futura: id enim non repugnare ostendimus disputatione 49. ergo licet de facto nullus Deum comprehendat; poterit tamen ab ipsis comprehendere: quare non erit incomprehensibilis natura sua. Respondeo, dupliciter posse aliquid cum alio cognosci; primum ex vi cognitionis qua aliud videtur, deinde comitanter solum, & sine connectione necessaria cum illo: dico igitur, vt aliquid comprehendatur ab intellectu, non solum debere cognosci quicquid in ipso est; sed etiam quicquid ab eo fieri potest, aut ab eo derivari, ex vi eiusdem visionis, qua illud videtur, hoc est, ita perfecta debet esse: visio obiecti primarij, vt ex se ostendat etiam, quæ ex illo derivantur. Nam si ex se id non ostenderet ex eo, quod cognitio obiecti primarij est, ipsa ex se non esset obiecti comprehensio: sed quasi aliunde inuaretur, vt comprehenderet, & omnino obiectum cognosceret: hoc autem modo non potest creatura aliqua cognosci, aut videri in Deo, vt disput. 49. probatum est: sed peculiari reuelatione, aut comitanter solum, & ideo licet omnia possibilis, & futura hoc modo Beatus cognosceret, ipsam essentiam Dei non comprehenderet. Deus autem, quæ sua est sapientia, ita se ipsum nouit, vt sua ipsius cognitio sit etiam ex vi sua cognitio creaturarum, vt disput. 60. c. 4. circa finem explicabitur: ideo solus Deus se ipsum potest comprehendere: & hæc satis de incomprehensibilitate Dei, & de 7. & 8. art. S. Thom.

Obijci-
Secundo. Arguet deinde aliquis hoc modo, fieri potest, vt omnia possibilis Deus etiam reuelet Beatis, & omnia futura: id enim non repugnare ostendimus disputatione 49. ergo licet de facto nullus Deum comprehendat; poterit tamen ab ipsis comprehendere: quare non erit incomprehensibilis natura sua. Respondeo, dupliciter posse aliquid cum alio cognosci; primum ex vi cognitionis qua aliud videtur, deinde comitanter solum, & sine connectione necessaria cum illo: dico igitur, vt aliquid comprehendatur ab intellectu, non solum debere cognosci quicquid in ipso est; sed etiam quicquid ab eo fieri potest, aut ab eo derivari, ex vi eiusdem visionis, qua illud videtur, hoc est, ita perfecta debet esse: visio obiecti primarij, vt ex se ostendat etiam, quæ ex illo derivantur. Nam si ex se id non ostenderet ex eo, quod cognitio obiecti primarij est, ipsa ex se non esset obiecti comprehensio: sed quasi aliunde inuaretur, vt comprehenderet, & omnino obiectum cognosceret: hoc autem modo non potest creatura aliqua cognosci, aut videri in Deo, vt disput. 49. probatum est: sed peculiari reuelatione, aut comitanter solum, & ideo licet omnia possibilis, & futura hoc modo Beatus cognosceret, ipsam essentiam Dei non comprehenderet. Deus autem, quæ sua est sapientia, ita se ipsum nouit, vt sua ipsius cognitio sit etiam ex vi sua cognitio creaturarum, vt disput. 60. c. 4. circa finem explicabitur: ideo solus Deus se ipsum potest comprehendere: & hæc satis de incomprehensibilitate Dei, & de 7. & 8. art. S. Thom.

Respondetur. Arguet deinde aliquis hoc modo, fieri potest, vt omnia possibilis Deus etiam reuelet Beatis, & omnia futura: id enim non repugnare ostendimus disputatione 49. ergo licet de facto nullus Deum comprehendat; poterit tamen ab ipsis comprehendere: quare non erit incomprehensibilis natura sua. Respondeo, dupliciter posse aliquid cum alio cognosci; primum ex vi cognitionis qua aliud videtur, deinde comitanter solum, & sine connectione necessaria cum illo: dico igitur, vt aliquid comprehendatur ab intellectu, non solum debere cognosci quicquid in ipso est; sed etiam quicquid ab eo fieri potest, aut ab eo derivari, ex vi eiusdem visionis, qua illud videtur, hoc est, ita perfecta debet esse: visio obiecti primarij, vt ex se ostendat etiam, quæ ex illo derivantur. Nam si ex se id non ostenderet ex eo, quod cognitio obiecti primarij est, ipsa ex se non esset obiecti comprehensio: sed quasi aliunde inuaretur, vt comprehenderet, & omnino obiectum cognosceret: hoc autem modo non potest creatura aliqua cognosci, aut videri in Deo, vt disput. 49. probatum est: sed peculiari reuelatione, aut comitanter solum, & ideo licet omnia possibilis, & futura hoc modo Beatus cognosceret, ipsam essentiam Dei non comprehenderet. Deus autem, quæ sua est sapientia, ita se ipsum nouit, vt sua ipsius cognitio sit etiam ex vi sua cognitio creaturarum, vt disput. 60. c. 4. circa finem explicabitur: ideo solus Deus se ipsum potest comprehendere: & hæc satis de incomprehensibilitate Dei, & de 7. & 8. art. S. Thom.

Comprehensio ex vi primarij obiecti cognoscit quicquid ad rem pertinet.

Beatus & si futura omnia & possibilis certare Deum non comprehendat.

18

Ex quibus omnibus constat, omnem disputationem de incomprehensibilitate Dei non in rerum, sed vocum controuersia fere positam esse; omnesque Scholasticos præter Victoriam re idem omnino sentire, & sola voce differre; eo quod comprehensio variè ab ipsis vsurpetur.

Valquez in 1. part. Tomus I.

Verum ea quæ videntur in Deo, per aliquas similitudines videantur.

AD nonum sic proceditur. Videtur quod ea, quæ videntur in Deo, à videntibus diuinam essentiam per aliquas similitudines videantur. Omnis enim cognitio est per assimilationem cognoscentis ad cognitum: sic enim intellectus in actu fit intelligibile in actu, & visus in actu visibile in actu: in quantum eius similitudine informatur, vt pupilla similitudine coloris. Si igitur intellectus videntis Deum per essentiam intelligat in Deo aliquas creaturas, oportet quod earum similitudinibus informetur.

2. Præterea, Ea, quæ prius vidimus, memoriter tenemus; Sed Paulus videns in raptu essentiam Dei (vt dicit August. 12. super Gen. ad literam) postquam desijt essentiam Dei videre, recordatus est multorum, quæ in illo raptu viderat: vnde ipse dicit, quod audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui 2. Cor. 12. Ergo oportet dicere, quod aliquæ similitudines eorum, quæ recordatus est, in eius intellectu remanserint. Et eadem ratione, quando præfentialiter videbat Dei essentiam, eorum, quæ in ipsa videbat, aliquas similitudines, vel species habebat.

Sed contra est, quod per vnā speciem videtur speculum, & ea, quæ in speculo apparent; sed omnia sic videntur in Deo, sicut in quodam speculo intelligibili. Ergo si ipse Deus non videtur per aliquam similitudinem; sed per suam essentiam, nec ea quæ in ipso videntur per aliquas similitudines siue species videntur.

Respondeo dicendum, quod videntes Deum per suam essentiam, ea quæ in ipsa essentia Dei vident, non vident per aliquas species, sed per ipsam essentiam diuinam intellectui eorum unitam. Sic enim cognoscitur vnumquodque secundum quod similitudo eius est in cognoscente. Sed hoc contingit dupliciter. Cum enim quæcumque vni, & eidem sunt similia, sibi inuicem sunt similia: virtus cognoscitiua dupliciter assimilari potest alicui cognoscibili. Vno modo secundum se, quando directe eius similitudine informatur. Et tunc cognoscitur illud secundum se.

Alio modo secundum quod informatur specie alicuius, quod est ei simile. Et tunc non dicitur res cognosci in seipsa, sed in suo simili. Alia enim est cognitio, qua cognoscitur aliquis homo

63
Veni. 8. art. 5.

12. sup. Gen.
c. 3. & 28.
1011-3.

homo in se ipso, & alia, qua cognoscitur in sua imagine. Sic ergo cognoscere res per earum similitudines in cognoscente existentes, est cognoscere eas in seipsis, seu in proprijs naturis: sed cognoscere eas prout earum similitudines præexistunt in Deo, est videre eas in Deo. Et hæc duæ cognitiones differunt. Unde secundum illam cognitionem, qua res cognoscuntur à videntibus Deum per essentiam, in ipso Deo non videntur per aliquas similitudines alias, sed per solam essentiam divinam intellectui præsentem, per quam & Deus videtur.

Ad primum ergo dicendum, quod intellectus creatus videntis Deum assimilatur rebus quæ videntur in Deo, in quantum vnitur essentia diuinæ, in qua rerum omnium similitudines præexistunt.

Ad secundum dicendum, quod aliquæ potentia cognoscitiuæ sunt, quæ ex speciebus primo conceptis alias formare possunt. Sicut imaginatio ex præconceptis speciebus montis, & auri, format speciem montis aurei: & intellectus ex præconceptis speciebus generis, & differentia format rationem speciei. Et similiter ex similitudine imaginis formare possumus in nobis similitudinem eius, cuius est imago. Et sic Paulus, vel quicumque alius videns Deum ex ipsa visione essentia diuinæ potest formare in se similitudines rerum, quæ in essentia diuina videntur, quæ remanserunt in Paulo, etiam postquam delijit Dei essentiam videre. Ita tamen visio, qua videntur res per huiusmodi species, sic conceptas, est alia à visione, qua videntur res in Deo.

Observationes circa articulum.

Conclusio articuli est, *Ea quæ Beati vident in essentia Dei, non vident per aliquas similitudines: sed per ipsam essentiam Dei ipsorum intellectui vnitam.* Ad cuius maiorem perspicuitatem duo obseruanda sunt.

Prior sensus conclusionis.

S. Thomas. 19. Posterior sensus illius legitimus.

Vnum est, duplicem posse esse sensum conclusionis; Alter est, res creatas in Deo videri per essentiam ipsius Dei tanquam per speciem impressam, quæ non solum sit principium visionis sui ipsius, sed etiam creaturarum: in quo sensu aliqui S. Thom. discipuli ipsum interpretantur. Hunc tamen sensum ego non probarem. eo quo disput. 43. satis monstrauit, ex sententia Doctoris sancti essentiam diuinam non esse loco speciei ad eliciendam sui visionem, quanto magis ad eliciendam cognitionem creaturarum. Alter sensus est, vt loquitur S. Thom. de similitudine, seu specie expressa; & dicit res non videri in Deo media specie expressa, aut verbo ipsarum, quod in eius sententia semper prius videtur, quam res cuius est: imo nihil aliud est, rem aliquam videri, quam idolum, & verbum illius cognosci, & hoc pacto inquit, ita res in verbo videri, vt non videantur media specie expressa

ipsarum: sed sicut essentia diuinæ, quæ proxime videtur & ipsa est loco verbi, sic etiam per ipsam, non medio alio verbo res creatas in ipso Deo videri. Et hunc sensum puro legitimum, & germanum: conuenitque cum doctrina Doctoris Angelici, quam disputatione illa explicauimus: sed an verus sit subinde dicemus.

Alterum notandum est, bisariam res creatas in Deo videri posse. Primum, secundum quod sunt idea in mente Dei, & sic sunt ipse deus; & quæ in se vitam non habent, in Deo hoc modo viuunt vt disputatione 51. cap. 3. dictum est: deinde secundum proprias rationes formales, obiectiue tantum existentes in intellectu Dei. Et quidem si S. Thom. loquatur de visione rerum creaturarum in verbo secundum proprias rationes formales, nescio, qua ratione verum esse possit, eas non cognosci media alia similitudine, quæ in sententia S. Thomæ debet esse prius visa, sed per solam essentiam Dei prius cognitam: nam instar Dei nihil creatum videri potest, cum multo magis à qualibet creatura Deus differat, quam vna creatura ab alia: ergo cum qualibet creatura per aliam cognosci non possit quidditate, neque per Deum poterit. Adde quod licet creatura cognosceretur secundum proprias rationes, prius cognita essentia diuina, vt obiecto primario, deberet nihilominus formari proprius conceptus ipsius creaturæ distinctus à concepto Dei, ne creatura cum ipso creatore confunderetur: tunc autem necessaria esset species expressa ipsius, tametsi ea produceretur virtute visionis ipsius dei.

Quod si S. Thomas loquatur de visione creaturarum in deo, secundum quod sunt ipsa vita dei, tunc si ad videndum deum non requiritur species expressa, vt putauit S. doctor, neque ad videndum creaturas erit necessaria. Atqui, si attente legatur Sanctus Thomas, videtur loqui de visione creaturarum in Deo secundum quod sunt ipse Deus: comparat enim in hoc articulo visionem creaturarum in Deo visioni rei in aliquo simili, quam constat non esse secundum propriam rationem ipsius: consequenter tamen loqui deberet, de visione earum secundum proprias rationes, vt articulo præcedenti de ipsis sermonem habuit. Nam quod de illis secundum proprias rationes asserat in Deo videri, probatum manet disput. 51. cap. 3. Quomodo cumque vero loquamur, cum probatum maneat disput. 38. cap. 2. visione clara Dei verbum produci, dicere quoque debemus, Deum ipsum, & quicquid in eo videtur, videri per aliquam similitudinem, non quidem prius visam, sed quæ sit ratio videndi, & representandi, vel potius sit ipsa visio & representatio.

ARTICVLVS X.

Vtrum videntes Deum per essentiam simul videant omnia, quæ in ipso vident.

AD decimum sic proceditur. Videtur, quod videntes Deum per essentiam non simul videant omnia quæ in ipso vident. Quia secundum Philosophum contingit multa scire, intelligere vero vnum. Sed ea, quæ videntur in Deo, intelliguntur. Intellectu enim videtur Deus. Ergo non contingit à videntibus Deum simul multa videri in Deo.

2. Præ-

Mens Sancti Thomæ declaratur.

20

27

64

3. sent. c. 58. q. 19. 4. T. 1. c. 4. in declaratione loci 33. 10. 1.

*Dua opposita Thomistarum sententia, cap. 1.
Verior opinio, cap. 2.*

CAPVT I.

Dua opposita Thomistarum sententia.

EX ijs, qui docent, creaturas in Deo videri eadem visione, qua Dens ipse, non omnes eodem modo circa propositam questionem docent. Hi sunt Thomistae, qui in duas opiniones diuisi sunt: una est *Soti in 4. d. 49. q. 3. art. 2.* & recentiorum aliquorum Thomistarum, qui affirmant, tam species rerum creaturarum, quam singularia quae beati in verbo vident, simul ab initio beatitudinis videri; idem de orationibus, quae ad ipsos in tempore fiunt, existimant; & de omnibus mysterijs, quae in verbo vident; voicum autem est ipsorum fundamentum quia scilicet quae videntur in verbo, eadem visione videntur, qua ipsum verbum; sed visio Dei non patitur variationem, nec successione; ergo per illam non possunt successive temporis creaturae videri.

Porto visioni beatificae non posse successionem convenire, probant duplici testimonio August. Vnum est *lib. 8. q. 23.* ubi (inquiunt) docet August. visionis clarae Dei mensuram esse aeternitatem participatam; aeternitas invariabilis est verum id non voluisse docere August. eo loco fusius demonstravi supra disp. 36. cap. 2. Alterum testimonium est *15. de Trinitate c. 16.* quod assertit S. Th. in argumento, *Sed contra*, & magni faciunt ipsius discipuli; cum tamen revera S. Doctor non probet ex illo conclusionem suam, sed ut ei moris est, ad reddendam dubiam questionem illud afferat in argumento *Sed contra*; attingitur Aug. in aeterna beatitudine non fore nostras cogitationes volubiles, si autem visione Dei successive aliqua viderentur, ea esset volubilis, quanto magis ceterae cogitationes.

Mens tamen Augustini in eo cap. longe diuersa est; atque in primis, si id, quod Thomistae volunt, Aug. doceret, sequeretur in Beatis non futuras novas aliquas reuelationes, quod tamen est falsum, & contra eundem *S. Th. infra q. 57. art. 5.* qui plane concedit, Angelis reuelata fuisse mysteria aliqua decursu temporis; Aug. enim non de sola visione clara Dei, sed de omnibus etiam asserit, non futuras ibi volubiles cogitationes. Sensus vero Aug. ex superiori capite deducitur, ibi enim dixerat verbum nostrae mentis esse, quod nobis formamus, non quacunque cogitatione volubili, & discursiva, sed ea qua pervenitur ad id, quod scimus, quae perfecta est, tunc enim quasi parturimus conceptum, quem Aug. appellat verbum; addit praeterea, nec in Deo, nec in beatis esse verbum prius formabile cogitatione imperfecta, ut tandem perfecta formetur, & ideo negant Beatis volubiles, hoc est, imperfectas illas cogitationes, quamvis id non asseueret, sed sub dubio relinquat; verba illius, quae iam ex dictis facile intelliguntur, c. 15. haec sunt. *Quid est, inquam hoc formabile, nondumq. formatum, nisi quiddam mentis nostrae, quod hac atque hac volubili quadam motione iactamus, cum a nobis nunc hoc nunc illud sicut inuentum fuerit, vel occurrerit, cogitatur, & tunc fit verbum quando illud, quod nos diximus volubili cogitatione iactare, ad id quod scimus, pervenit.* Ergo nomine cogitationis volubilis, intelligit Aug. laboriosam, & cum discursu, & consultatione, quae nondum ad iudicium pervenit, quam cap. 16. dicit, in

Aa 2

Deo

sup. Gen. 1. c. 23. & 23. 10. 3.
2. Praeterea, August. dicit 8. super Gen. ad litteram, quod Deus movet creaturam spirituales per tempus, hoc est, per intelligentiam & affectionem. Sed creatura spiritualis est Angelus, qui Deum videt. Ergo videntes Deum successive intelligunt & afficiuntur. Tempus enim successionem importat.

Lib. 15. de Trin. c. 16. 10. 3.
Sed contra est, quod Aug. dicit vlti. de Trin. Non erunt volubiles nostrae cogitationes ab alijs in alia euntes, atque redeuntes: sed omnem scientiam nostram vno simul conspectu videbimus.

Respondeo dicendum, quod ea, quae videntur in verbo, non successive, sed simul videntur. Ad cuius evidentiam considerandum est; quod ideo nos simul non possumus multa intelligere, quia multa per diuersas species intelligimus: diuersis autem speciebus non potest intellectus vnus simul actu informari ad intelligendum per eas: sicut nec vnum corpus potest simul diuersis figuris figurari. Vnde contingit quod quando aliqua multa vna specie intelligi possunt, simul intelliguntur. Sicut diuersae partes alicuius totius, si singulae proprijs speciebus intelligantur, successive intelliguntur, & non simul. Si autem omnes intelligantur vna specie totius, simul intelliguntur. Ostensum est autem, quod ea quae videntur in Deo non videntur singula per suas similitudines, sed omnia per vnam essentiam Dei. Vnde simul, & non successive videtur.

Art. 1. 10. 3.
Ad primum ergo dicendum, quod sic vnum tantum intelligimus, in quantum vna specie intelligimus. Sed multa vna specie intellecta, simul intelliguntur. Sicut in specie hominis intelligimus animal, & rationale, & in specie domus parietem, & tectum.

Ad secundum dicendum, quod Angelis, quantum ad cognitionem naturalem, qua cognoscunt res per species diuersas eis inditas, non simul omnia cognoscunt. Et sic mouentur secundum intelligentiam per tempus, sed secundum quod vident res in Deo, simul eas vident.

c. 18. 4. 10. 3. 10. 1.
Conclusio est: *Omnia, quae videntur in essentia Dei simul videntur.* Quae quidem conclusio, si intelligatur de creaturis secundum quod sunt ipsae Deus, ut pro tunc explicabimus dubium non est simul omnia in verbo videri; quia totus Deus simul videtur, & quicquid in eo esse dicitur. Si vero loquamur de illis secundum proprias rationes formales, difficultas est inter Doctores, an aliqua saltem decursu temporis videantur, quam breui disputatione examinabimus.

DISPUTATIO LIV.

An aliqua creatura secundum proprias rationes formales successive in verbo videantur.

Vasquez in 1. part. Tomus I.

I
Sect.
Prima opinio
Sect. & aliorum.

Fundamentum illius.

Augustini testimonium.

2.
Genuinus
Aug. verborum sensus.

3